

Et qui ioco vel causa disciplina percussit Clericum, etiam si sit maior, excommunicatus non est: qui vero ex odio, sic, & per Papam absolvitur.

Cap. 2. eod. tit. in 1. Compil.

Super eo vero, quod consilium postulasti: [Et infra a.] Respondemus, quod si Clerici infra puberes annos se adinvicem, aut unus alterum percussit, non sunt ad Apostolicam Sedem mittendi, quia eos etas excusat. Nec Clerici, si sunt plena etas, & non odio vel invidia, vel indignatione, sed levitate iocosa se adinvicem percussere contingat, neque Magister, si Scholarem Clericum intuitu disciplinae vel correctionis percussit: quia non potest in ipsis injectio manuum violenta notari. Ceterum, si ex odio idem Scholares vel Seculares Clerici se percussent, pro sua absolute debent ad Apostolicam Sedem venire.

Utrum Scholares, si se invicem in plena vel minore etate, Clerici vel Religiosi viri in Claustro, secundum Canonem illum, quo statutum est, ut illi qui in Clerico violenta manu injecerint, mittantur ad Apostolicam Sedem, pro sua absolute debeant venire. Inquisit. t.]

PITH. 1. Senonensi Archiepiscopo.] 2. V. C. Exonensi Episcopo.

Ne Clerici, &c.] Vide Petr. Blesensem, epist. 73. adversus hanc Decretalem. 3. Secundum Canonem illum.] Eugen. II. in Concil. Remen. c. 8. Ivo, lib. 8. tit. 11. cap. 12. & 17. & lib. 4. cap. 29. & in Concil. Romano, cap. 11.

II. IDEM eodem. [c. an. 1172. Romam in Galliam.]

Monachos se adinvicem percussentes absolvi Abbas. Idem in Canonibus Regularibus: & Abbatis discretione deserviente, recitatur ad Episcopum.

Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. p. 14. c. 9.

Monachi vero, & Canonici Regulares quocumque modo se in Claustro percussent, non sunt ad Apostolicam Sedem mittendi; sed secundum providentiam sui Abbatis, discipline subdantur: & si discretio Abbatis non sufficit, ad eorum correctionem, est providentia Dioecesanis Episcopi adhibenda.

PITH. 4. Monachi vero, &c.] Refert Matth. Paris. pag. 642. Innocentius III. in 3. Collect. cap. 5. eod. tit. & Honorius III. in 5. Collect. cap. 10.

III. IDEM 5. [c. an. 1180. Romam.]

Officiarius qui Clericum percussit non graviter, ab Episcopo absolvi potest. Hoc primo. Officialis deliberat injiciens manum in Clericum, per Papam absolvitur. Hoc secundo. Qui repellendo vim vi, Clericum percussit, excommunicatus non est. Hoc tertio. Qui percussit Clericum turpiter inventum cum propinqua, excommunicatus non est, secus cum remota: & dicitur propinqua, ut in littera.

Cap. 4. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. p. 14. c. 9.

Si vero alicuius potestatis Officiarius sub pretexto sui officii malignanter Clericum laeserit, ab Episcopo suo potest absolvi, nisi forte eundem Clericum graviter vulneravit. Officialis vero pro injectione manuum in Clericum, non potest sine mandato Romani Pontificis absolutionis beneficium promereri: quia nulli Laico super Clericum tanta datur auctoritas, nisi forte turbam accendo irruentem, non ex deliberatione, sed fortuito casu Clericum laedat. Si vero Clericum vim sibi inferentem, vi quis repellat vel laedat, non debet propter hoc ad Sedem Apostolicam transmitti, si incontinenti vim vi repellat; cum vim vi repellere omnes leges omnique jura permittant. Nec ille compellendus est ad Sedem Apostolicam venire, qui in Clericum cum uxore, matre, sorore, vel filia propria, turpiter inventum, manus injecerit violentas. Ceterum, si in stupro vel adulterio quod committit cum ea quae ipsum ita proxima consanguinitatis linea non contingit, ceperit, aut in eum violentas manus injecerit, non erit a sententia illius excommunicationis immunis.

PITH. 5. Idem.] Eodem.

IV. IDEM 6. [c. an. 1173. Romam in Galliam.]

Qui percussit Clericum ignorans probabiliter eum Clericum, excommunicatus non est; ignorantiam tamen probare debet per juramentum: & si hoc prestare recusat, pro excommunicato haberi debet.

Cap. 5. eod. tit. in 1. Compil. & al. non debet Apostolico presentare, &c. nodari, in recentioribus libris.

Si vero aliquis in Clericum nutrientem comam manus injecerit violentas, propter hoc non debet a Apostolico presentari conspectui, nec etiam excommunicatione notari: dummodo ipsum esse Clericum ignoraverit. Vel si hoc dubium fuerit, propria manu duntaxat praestiterit juramentum, quod eum esse Clericum ignorasset. Ab illo autem (si praestare noluerit juramentum) quia violentas manus constat eum in Clericum injecisse, sicut ab excommunicato, donec de mandato Summi Pontificis absolvetur, convenit abstinere. PITH. 6. Idem.] Barbonensi & Exonensi Episcopis. Si vero, &c.] Vide Can. 23. dist. 23. & cap. 1. 4. & 7. sup. de vita & honestate Cleric.

V. IDEM 8. [c. an. 1173. Romam in Galliam.]

Percussent Clericum vel Religiosum, excommunicatus est,

nec ab alio quam a Papa absolvitur, praeterquam in mortis articulo.

Non dubium est, quod hi qui violentas manus in Clericos, vel Canonicos, aut cujuslibet Religionis Conversos injiciunt, ex constitutione Concilii, sententiam excommunicationis incurrunt, nec, nisi in articulo mortis, sine Rom. Pont. absolutionis possunt beneficium impetrare. PITH. 8. Idem.] Abbatibus, Prioribus, & aliis Ecclesiasticis viris per Eboracensem Archiepiscopatum constitutis. Sic in V. C. violentas enim manus, ut ait Radulphus de Duceto Horedam, intulerant Rogero Eboracensi Archiepiscopo, Cantuariensis Archiepiscopi Ministri in Concilio Westmonasteriensi, cum inter Hugonem Legatum, & Richardum Cantuariensem Archiepiscopum federe niteretur, ne jure quod sibi vindicabat, decedere videretur. Vide P. Bles. & J. Sarisber. Concilii.] Remensis, sub Eugenio II. & Romani sub Innocentio II.

VI. IDEM 10. [c. an. 1180. Romam in Angliam.]

Mulieres qua incidunt in Canonem, si quis suadente, absolvantur ab Episcopo. Idem in personis qua non sunt sui juris, vel sunt dedicatae, de quibus dubitatur quod non possent commode accedere ad curiam. Et hoc dicit usque ad §. III.

Mulieres vel aliae personae, quae sui juris non sunt, ab Episcopo Dioec. absolvi possunt, si manus in Clericum injecerint violentas. De his vero qui magna non sunt potentiae, & ita delicati, quod laborem veniendi ad Sedem Apostolicam nequeunt sustinere: Respondemus, quod status personarum, & veritas negotii est intimanda Rom. Pont. & secundum consilium ejus tales erunt de commisso scelere corrigendi. PITH. 10. Idem.] Exonensi Episcopo.

Mandata Clericum percussit, excommunicatus est, sicut percussent. Hoc dicit.

§. I. Illi vero qui non per seipsos, sed eorum auctoritate vel mandato, alii violententer injiciunt manus in Clericos, ad Sedem Apostolicam sunt mittendi: cum si committat vere, cujus auctoritate vel mandato delictum committit probatur. PITH. 11. Canon is, &c.] Vide Decium consil. 604. & Ancharanum bic.

VII. IDEM 12. [c. an. 1180. Romam in Angliam.]

Excommunicatus per injectionem manuum in Clericum, licet occidit, absolvitur per solum Papam.

Porro si aliqui violentas manus in fratres suos injiciunt, & ducti poenitentia, non convicti, sed privatim a te veniam postulant, eos monere debes & inducere, ut his, quos laeserunt, congrue satisfaciant, & Apostolico se conspectui repraesentent, cum a te vel alio sine speciali mandato Romani Pont. absolvi non possint.

PITH. 12. Idem.] Hungarico Legato. In vit. Archiepisc. Cantuar. pag. 125.

VIII. IDEM 13. [c. an. 1180. Romam in Angliam.]

Etiam Privilegiati tenentur vitare excommunicatum, & per injectionem manuum in Clericum excommunicati sunt.

Ulli se possunt privilegio Apost. Sed. tueri, quomodo excommunicatos vitare debeant, & pro violenta manuum injectione in Clericos, sicut excommunicati vitari. PITH. 13. Idem.] Norwicensi Episcopo. Sic 2. V. C. Nidli.] V. C. 2. addunt, autem Monachi Templarii. Vide Matth. Paris. pag. 303. Salisber. pag. 266. G. Tyr. lib. 18. cap. 3.

IX. IDEM Episcopis & aliis Praelatis per Galliam constitutis. [c. an. 1180. Romam in Galliam.]

Percussent Monachum, vel Conversum Religiosum, debet denunciari excommunicatus, & vitari, donec fuerit per Papam absolutus.

Parochianos vestros, si qui in Monachos vel Conversos praefati Ordinis violentas manus injecerint, sublato appellationis remedio, secundum tenorem Generalis Decreti, excommunicatos publice nunciatis, ipsosque faciatis sicut excommunicatos archibus vitari, donec laesio congrue satisfaciant, & cum literis vestris Apostolico se conspectui repraesentent. PITH. 15. Per Galliam.] Per Angliam. Parochianos.] Sigonius pag. 512. Vigner. tom. 3. pag. 132. Petrus Blesens. epist. 82. Abbati & Conventui Cisterciens. Milites Galliarum sibi jus decimationis usurpant, nec vestris privilegiis deserventes, eas a vobis violententer extorquent. Praefati Ordinis.] Cisterciensis.

X. IDEM Genuensi Archiepiscopo 18. [c. an. 1174. Romam in Tusciam.]

Ponitur forma praecipit, quod sub virtute juramenti fieri

debet illi qui pro violenta manuum injectione in Clericum excommunicatus absolvitur.

Cap. 15. eod. tit. in 1. Compil. Vide Sylvest. verbo Absolutio.

Ex tenore litterarum tuarum nobis innouit, quod B. Canonicus in quendam Subdiaconum manus injectit violentas: & infra. Mandamus itaque, quatenus recepto ab eo juramento, quod tuo debeat mandato parere, ipsum vice nostra a sententia qua tenetur, absolvas; sibi in virtute juramenti precipias ne de cetero in Clericum, Monachum, vel alicujus Religionis Conversum, manus injiciat violentas, nisi se defendendo, aut de mandato suorum fecerit Praetorum, vel nisi super eum Praelationis ministerium aut magistrum habeat, aut cum ipso in eadem Ecclesia socius esse noscatur.

PITH. 18. Genuensi Archiepiscopo.] Januarii.

XI. IDEM Cenomanen. Episcopo. [c. an. 1180. Romam in Galliam.]

Excommunicatum pro percussione Clerici absolvit Episcopus, si sine periculo Papam adire nequit: debet tamen sibi mandare, quod adest Papam, impedimento cessante.

Cap. 16. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Later. p. 14. cap. 13.

De cetero non veris, quod si quis pro violenta manuum injectione in Clericum, est vinculo excommunicationis addictus, si habens capitales inimicitias, vel alias justas excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusetur, ita quod sine periculo, Apostolico se nequeat conspectui praesentare: licet Dioecelano Episcopo, recepto juramento secundum morem Ecclesiae, sibi absolutionis gratiam impetiri. Sed est illi sub juramenti debito iungendum, ut quam citius opportunitatem habuerit, Rom. Pont. adest, mandatum Apostolicum suscipiat. PITH. 19. Capitales inimicitias.] L. 13. & 14. ff. de Procurat.

XII. URBANUS III. Senonen. Archiepiscopo 20. [c. an. 1172. Romam in Galliam.]

Cum Papa absolutionem excommunicati delegat, mandat recipi cautionem de parendo mandatis Ecclesiae.

Cap. 8. tit. in 1. Compil.

Ad haec cum inter Parochianos tuos: [Et infra a.] Romana Ecclesia absolutionem sententiae delegatorum Judicum nequaquam consuevit aliis delegare, nisi in literis commissionis continetur expressa de sufficienti cautione praestanda ab his qui absolvi debent, quod iudicio Ecclesiae debeant obedire.

Vel inter eos & alios controversia coram delegatis Judicibus agitur, saepius a Judicibus ipsis, ut afferit, antea. Ap. injungitur, ut alteram partem sorte parere iudicio contententem, vel ob aliam causam rationabilem, Ecclesiastica districtione percellat. Illi vero qui subiacere excommunicationi mandantur, ad alios Judices littera ab Ap. Se. imperant, a quibus nihilominus antea. Ap. tibi mandatur, ut eos qui de priorum Judicum mandato excommunicati fuerant, habeas absolutos; super quo tua discretio dubitat quid tibi in diversitate hujusmodi sit agendum: ad quod pariter respondemus, quod si littera ad secundos Judices imperata tacta veritate obstita non fuerint, eos ad mandatum eorum absolutos habere debes, praecipue cum.] PITH. 20. Senonensi Archiepiscopo.] M. Cenomanensi Episcopo.

XIII. CLEMENS III. [c. an. 1190. Romam.]

Excommunicatus per Canonem, si quis suadente, sit dives vel pauper, per Papam absolvendus est, vel ejus Legatum. Fallit in muliere, sene, infirmo, vel mutilato, qui per Episcopum absolvi possunt.

Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil.

Ea noscitur: [Et infra a.] Consultationi t. t. duximus respondendum, quod mulieres, senes, & valetudinarii, seu membrorum destituti non impediti, licet ad Apost. Sed. non veniant, ab Episcopis valeant Fidelium communioni restitui, satisfactio juxta facultates his, quibus per eos constitit injurias irrogatas. Alios autem five pauperes, five divites Sed. Apost. vel Legato ejus, ut beneficium absolutionis obtineant, necesse est praesentari. Si vero infirmitas tempore juramento praesentis, injungatur eidem, ut postquam fanitatis fuerint restituti, ad Rom. Eccles. vel ejus Legatum accedant, mandatum Apostolicum super talibus recepturi. [Quod antequam f. t. diligenter attendens, certificari humiliter postulavit de his qui violentas manus in Clericos aliqua temeritate mittunt, nec eis suppedit facultates ut ad Sed. Apost. valeant laborare, quomodo his possit salubriter provideri.]

XIV. IDEM. [c. an. 1190. Romam.]

Ante denunciationem vitandus est excommunicatus, pro violenta manuum injectione in Clericos, nisi sit occultus. Hoc primo. Interficiens Clericum, qui contempto Clericali habitu, se enormitatis inimicitias, excommunicatus non est. Hoc secundo. Cum non ab homine: [Et infra a.] Consul. t. t. resp. quod a communionem illius, qui pro sacrilega manuum injectione in Clericum, in edictum excommunicationis incidit; licet denunciatus non sit, debes abstinere; nisi forte tibi soli pareret: in quo casu ipsum privatim tantummodo vitabis, quamdiu ab Ecclesia toleratur; ut saltem verocundia rubore suffusus, pro latenti excessu satisfacere compellatur. In

Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil.

articulo vero secundae questionis respondemus, quod occisores Clericorum aut Presbyterorum, qui contempto Clericali habitu, tyrannidi & enormitati se inverecunde immiscerint; in odium Clericalis excelsus, & terrorem atque correctionem similibus, Canone late sententiae minime coercentur, injungatur tamen eis poenitentia competens, aliquantulum asperior, quam si in Laicos talia commisissent.

A nobis itaque fuit ex parte tua quaesitum, an tenearis abstinere a communionem illius, qui pro temeraria manuum injectione in Clericum, in sententiam incidit, antequam excommunicatus publice nunciatur, & utrum incidere in Canonem late sententiae interfecit Clericorum & Presbyterorum illorum, qui abjecto suscepti Ordinis Ministerio, in publicis bellis, vel etiam praeter bella se homicidiis polluerent non verentur, cum in confessionibus & in ebrietatibus atque rapinis, & aliis enormitatibus aequi sunt ut Laici, vel deterius debacchantes.]

XV. IDEM. [c. an. 1190. Romam.]

Ante absolutionem communicandum non est excommunicatus, licet juraverit parere mandatis Ecclesiae, vel composuerit cum offensa. Hoc dicit primo. Infamato de excommunicatione communicandum non est, nisi se purget, vel ad cautelam absolvetur. Hoc dicit secundo.

Um desideres: [Et infra a.] Fuit autem primae questionis tenor hujusmodi, utrum alicui excommunicato, qui mandato Ecclesiae stare juravit, & ante absolutionem Episcopus ei communionem reddidit, sit communicandum ab aliis? & an Episcopus id facere debeat? Cui quaestio t. resp. quod cum cautio juratoria, quam hodie, qui excommunicati sunt, praestant, potius ad cautelam ex consuetudine Ecclesiae, quam rigore Canonum sit inducenda, neque momenti tam validi reputetur, quod nisi absolutionis beneficium subsequatur, ille qui excommunicatur, debeat communioni aliorum restitui, praesertim cum ex eo juramento absolutionem consecutus non sit, & contet excommunicatum fuisse, & verum sit absolutum non esse: nec Episcopus, nec alii debent communicare eidem, nisi fuerit secundum formam Ecclesiae, post juramentum praestitum absolutus: quia qui cum excommunicato scienter communicaverit, excommunicationis poenam contrahit cum eodem. Secundae questionis nunc hinc duximus imponendum, quod si publica fama est alicui verberasse Clericum, nec Episcopus, nec alius communicare sibi debet, nisi ad arbitrium Episcopi de hoc se purgaverit, vel ad cautelam absolutionis beneficium consequatur. Tertio loco, tua discretio requiritur: si Clericus verberatus, Episcopo mediante, cum suo verberatore composuerit, & ille reconciliatus sibi fuerit, an per hoc is debeat ad aliorum communionem admitti? Super quo tibi breviter respondemus, quod licet ille qui violentas manus injecit, ei quem laesit, satisfecisse taliter videatur; Ecclesiae tamen, quam offendit, ex hoc non satisfecisse dignoscitur; & nisi forma Ecclesiae, quae pro absolutione talium introducta est, observetur, non est communicandum eidem.

Quoque quid tua f. observare debeat super his quae dubitantur continent. Apo. Se. scripto plenius edoceri, nos qui licet immeriti ex suscepto administrationis officio consultationibus respondere cogimur singulorum.]

PITH. 21. Nec Episcopus.] In V. C. Non potest Episcopus, nec debet ei communionem dare, nec alii, &c. Secundum formam Ecclesiae.] Ecclesiasticam.

Quia.] V. C. addit: secundum Apostolorum Canones, & Fabiani statuta Pontificis. Communicaverit.] V. C. addit: est communionem privandus, immo juxta Ildori statuta. Secundae questionis.] V. C. addit: Statuta Canonum, & praecipue pia memoriae Alexandri III. praedecessoris nostri sequentes.

XVI. IDEM. [c. an. 1190. Romam.]

Sacerdos efficiens Regularem de Ecclesia, Officia divina turbantem, excommunicatus non est.

Veniens ad Se. Apost. I. later praesentium, sua nobis assertione monstravit, quod cum Matutina Officia celebraret, quadam Monialis Ecclesiam ingrediens, cum alio Clerico ludendo impedimentum praestabat, quominus Deo divinum posset obsequium exhibere. Unde memoratus Sacerdos commotus, ut liberis posset circa Divinum celebrationem vacare, manibus in eam apposis, ut extra Ecclesiam poneret, cum nollet exire, in trahendo ipsam, coegit eandem extra Ecclesiam residere: sed tu illum propter hoc tanquam excommunicatum evitasti, & facis ab aliis vitari. Ideoque mandamus, quatenus si res ita se habet, eum de cetero non evites, cum ex hoc ipsum excommunicatum nullatenus videamus.

Cap. 4. eod. tit. in 1. Compil.

de consuetudine.

Vid. Dominic. cap. Pro humani. §. ult. de homicid. in 6.

Cap. 5. eod. tit. in 1. Compil.

al. extrahendo. ut vi trahendo. al. ita: intra Ecclesiam residere.

XVII. IDEM. [c. an. 1190. Romam.]

Excommunicati pro levi manuum injectione in Clericum, possunt per Episcopum absolvi. Hoc dicit secundum communem lectionem; & est textus singularis.

Pervenit ad nos: [Et infra a.] De his absolvendis, qui Clericis non enormem, sed modicam & levem injuriam irrogarunt, non Fratemitatis arbitrio duximus committendum.

Cap. 6. eod. tit. in 1. Compil.